IV

1 2. 1

Mesco dux Polonie 1145 Apr. 23, Gnezene;
Köln, Original, Ląd. 1.

1145. April 23. Gnesen.

I, 10 m.

In(!) nomine sancte et individue[a] trinitatis amen. Quoniam quidem velocitate dierum nostrorum transituri sumus, quemadmodum fugere solet umbra vel evanescere fumus, igitur nos Mesico dei gratia dux Polonie universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod pro dilectione domni nostri Ihesu Christi liberatoris animarum nostrarum et pro veneracione gloriose genitricis eiusdem perpetue virginis Marie et omnium sanctorum monachos Cisterciensis ordinis de longinquis partibus terre adductos de cenobio videlicet Bergensi pro viris litteratis divinorum celebratoribus celestiumque contemplatoribus collocavimus in loco qui vocatur Lenda super fluvium Wartam ob remedium anime nostre ac posterorum nostrorum, conferentes eis has hereditates subscriptas cum hominibus et cum omnibus utilitatibus que in eis sunt ac in posterum provenire poterunt, in nostra eos defensione suscipientes et successoribus nostris per omne tempus defendendos committimus solo divine remuneracionis intuitu. ~~nostris~~ Iam vero subnotantur possessionum loca scilicet(!) Koszcol, ubi concessimus esse forum omni libertate plenum, Dolan, Morscho, Cloba et Gotschene. Istarum vero villarum homines tenentur singuli solvere in festo sancti Michaelis LX manipulos siliginis, modium avene, mensuram tritici, tres urnas brasii, quinque capecia annone metere, tria plaustra feni totidemque lignorum, duos truncos de pino, per tres continuos dies cum tota familia segetes purgare, per unum diem singuli triturare, tres scitas lini dare. Contulimus et has subnotatas hereditates cum hominibus et omnibus utilitatibus, que in eis sunt et post future esse poterunt: Szechovo cum cocis, Irgovo cum sanctuariis et stabu-

a) in dividue in 2 Worten geschrieben K.

a) aus Grabonoviz geändert K.
b) aus einem jetzt nicht mehr zu lesenden Wort (citra?) geändert. c) [illegible]

lariis, Grabonovyz[a] cum camerariis, Slausco cum piscatoribus, Wiranovo, Quascovo, Choren, Staralanca, Svinarovo. Homines vero predictarum villarum tenentur rete trahere infra[b] Sraz et Wladiszlav per totam Poloniam, cum necessitas fratrum exegerit tam equestres quam pedestres mandata ipsorum dirigere. Indulsimus preterea, ut piscatores[c] et venatores fratrum iam dictorum piscatores venatoresque nostros ac posterorum nostrorum ubique piscando ac venando libere sequantur. Dedimus eciam ad lumina conquirenda prefate domui tria fora cum tabernis: Glev, Thur, Sobotka; volumus eciam tabernarios harum villarum nusquam scitari nisi coram abbate. Quia vero donum deo collatum legibus principum subiacere non debet, absolvimus omnes homines in premissis villis conmorantes a powos, ab omni prewot, a strosa, a dan, naraz, potvorove, targove, mostne, a castrorum edificio seu poncium quorumlibet, a recepcione vel custodia aut conductu castorariorum, a custodia et solucione erodiorum quod sokol dicitur, a vicinia quod opole wlgariter(!) nuncupatur, ab omni exactione sive collectione, a vecturis et expedicionibus et ab omnibus iuribus in Polonia constitutis quibuscumque censeantur nominibus. Nulli ergo castellanorum aut iudicum scitandi seu iudicandi in prefatis hominibus vel villis eorum ius aliquod reservantes, set cum gravis causa emerserit, que coram abbate vel eius iudice convenienter diffiniri non poterit ad presenciam nostram cum anulo nostro scitari debent, remittentes abbati quicquit iure iudicii cesserit, et nusquam incarcerari nisi in stabulo abbatis. Ut autem hoc nostrum factum ad honorem dei sancteque genitricis eiusdem semper virginis Marie robur perpetue firmitatis obtineat presentem cedulam sigilli nostri simul et anuli munimine duximus roborandam. Acta sunt hec in Gnezsene in die beati Adalberti anno domini MCXLV, indictione nona, epacta vero sexta presentibus viris ecclesiasticis videlicet Petro archiepiscopo sancte Gneznensis ecclesie, Marchodio episcopo Poznaniensis ecclesie, Stephano preposito ibidem, Githerado decano, Iarostio palatino, Boguphalo castellano Gneznensi, Ylico capellano et aliis quam pluribus nobilibus.

26 cm. hoch, 43,4 cm. breit. Dors. De fundacione claustri; Privilegium principale de fundacione monasterii Landensis. 2 Siegel an gelben u. roth. Schnüren, d. 1. Reitersiegel mit Deck. Schild (l.) u. dreigezackter Fahne (r.) Mesico dei gratia dux Polonie, 2. [illegible]

1181 ?   Wlg I, nr. 25   2

2

Alexander episcopus seruus seruorum dei
Dilecto filio Nobili viro C. Duci Polonie
Salutem et apostolicam benediccionem /
Exparte tue magnitudinis relatum est no
bis. quod de consilio Archiepiscopi et Epis
coporum polonie et principum terre. quas
dam abusiones et solitas iniurias ab Ec
clesijs et personis Ecclesiasticis amputasti
constituens ne bona decedencium Episco
porum vlterius confiscentur Constitutum
est eciam. ut si quispiam in res defuncti
Episcopi manus iniecerit vinculo anathe
matis teneatur. nec presumat vllus rap
torum defuncto episcopo succedere donec
absolucionis beneficium assequatur restitu
tis ablatis vel ablatorum congrua esti
macione premissa / Consuetudinem autem
que a principibus terre seruabatur vide
licet vt quocunque pergerent pompatice
inuadentes horrea pauperum euacuarent
et si inter absentes aliquid negocioli quan
doque contingeret ipsij satellites discur
rentes raptos quoscunque caballos vel ener
uarent in cursu vel omnino destruerent /

de Ecclesiasticorum et secularium virorum consilio emendasti, Unde quoniam Constitucionem tuam iustam pariter et honestam auctoritate nostra postulas confirmari Nos tuis iustis postulacionibus annuentes Constitucionem prescriptam sicut in scripto autentico super hoc facto habetur, Auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus sub interminacione anathematis prohibentes ne quis eam violare aliqua racione presumat Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attentare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum, Datum Tusculani V kalendas Aprilis Pontificatus nostri Anno XVI

Lib. Ant. f. 44 v.

1203

Wtp. I, str. 35
nr. 31

1193

3

Celestinus episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs Cypriano Abbati sancti Uincentij de Vratislauia eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis I.N.P.P.M. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet, aut robur & [ ] Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinentijs suis, Capellam sancti Martini in Vratizlau, Capellam in Legenice (?) cum villis et redditibus suis et forum in festo sancti vincentij per octo dies institutum et Taberna in fine pontis, forum in costomlat, Taberna in pelcnica cum villis Grabissin et Socolnice et chenese et Sobotiste quem dux Wladizlaus pro dimidia trebnica uobis dedit, Wirbine odram Trisbenic et Olouam, quas dedit Petrus comes, Chorech quam dedit Baronis, Pacozlaus uillam Tassou dedit, Vlostonissa comitissa dedit aliam uillam. Sancti uoi. Sueccino. Tordar. aliam. Criston iuxta Legenice. Rudine .... Calosou, Diuiger, viciouo, Vitozlaus zasphi, Andreas Laurentij Sulizlaus pelcnicam, Cragec Sorouiam, Pros[2] dedit villam Nasrenoue, Gostis dedit ...m[3] odrica, villam Gorac + Sdessa dedit, Ratibor Plagodina dedit, Muncasou[4]. Dobezlaus dedit. Albertus vi, daua, Vadizlaus dux dedit Sanctuarios cum omni progenie sua et eorum villas Merinec, Golisa, Suaris, Siulgut. Suseto, Vronica. Stres, Rubertus Wratizlauiensis episcopus Capellam sancti Michaelis iuxta Monasterium beate Marie constructum cum omnibus ad eam pertinentibus eidem Monasterio tradidit dux Mesico dedit forum in Kenese, Tabernam libertatem foro et hominibus. Sane laborum uestrorum &. [[ ]] Amen Amen Amen. ⊕ Ego Celestinus catholice Ecclesie episcopus ss. (Monogram bene valete) + Ego Albanus (?) Albanensis episcopus ss. + Ego Iauianus hostiensis et velletrensis Episcopus ss. + Ego Iohannes prenestinus Episcopus ss. + Ego Petrus Portuensis et Sancte Rufine Episcopus ss. (Te srodkiem)

3) na rozejściu wyblakłe słowo może aliam 4) zblakłe może Muntasou.
1) W rękopisie wyraz zblakły poprawiony później jak gdyby Ratuna. 2) ale może być i Pros.

(Po prawej)

+ Ego Gratianus sanctorum Cosme et Dam diac. Card. ss.
+ Ego Gregorius sce Marie in Porticu diac. Card. ss.
+ Ego Gregorius sce Marie in aquiro diac. Card. ss.
+ Ego Gregorius Sci Georgij ad velum aureum diac. Card ss.
+ Ego Lotarius sanctorum Sergij et bachi diac. card. ss.
+ Ego Nycolaus Sancte Marie in cosmidyn diac. card ss.

(Po lewej)

+ Ego Pand. Basil. XII Apostol. prb. Card ss.
+ Ego Mel. scor. Iohis et Pauli presb. Card tt. Pamachij ss.
+ Ego Iord. presb. Card Sce Puden. tt. Past. ss.
+ Ego Iohannes tituli sancti Clementis Card. Viterbien. et Tuscanensis Epus ss.
+ Ego Romanus tt. sce Anastasie prb. Card. ss.
+ Ego Guido presb. card sce Marie transtiberim tit. calixti ss.
+ Ego Hug. pbr. card sci Marci tt. equitij ss.
+ Ego Iohan. tt. sci Stephani in celiomonte pbr Card. ss.
+ Ego Soffredus tt. Sce Praxedis pbr. Card ss.

Datum Laterani per manum Egidij sancti Nicolai in carcere tulliano diacon. Card. VI Kal. Aprilis Indictione undecima, Incarnationis dominice Anno M^o C^o XCIIJ. Pontificatus vero domini Celestini. pape. III Anno Secundo

na sznurku czerw. żółt. jedwabnym bula ołow. Celestyna III

1218. ~~Dr. Theiner~~ ? W. 98

Wlp. I, 54. 89

4

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei, H. duci Zelezie salutem et apostolicam benedictionem.

Tam per tuas, quam venerabilium fratrum nostrorum Poznaniensis.... Wratizslaviensis.... Lubicensis Eporum, nec non nobilis viri W. patrui tui Ducis Polonie litteras, nobis fuit humiliter supplicatum, ut quod factum est mediantibus eisdem Epis ad fedus dilectionis inter te, ac predictum Ducem perpetuo conservandum, te cedente in signum perfecte amicitie ac mutue caritatis, quoddam castrum quod Lubus dicitur, Duci prefato, quoad vixerit possidendum, ita, quod post obitum Ducis ejusdem, ad te vel heredes tuos, omni occasione ac dilatione semotis, directe redeat cum suis pertinentiis idem castrum, apostolico dignaremur munimine roborare. Cum igitur nos ejus vicem licet immeriti geramus in terris, qui pacem hominibus nuntiavit et eam mundo reliquit, tuis et prelibati Ducis, nec non predictorum Eporum supplicationibus grato concurrentes assensu, quod super hoc provida est deliberatione statutum, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem rei huius cautelam, tenorem litterarum prefati Ducis Polonie, in quibus, quod statutum est inter te et ipsum plenius continetur, presentibus duximus inserendum: qui est talis.

Venerabili patri ac domino Honorio Ste Rom. Eccle summo Pontifici W. Dux Polonie paratum ad omnia sue subjectionis obsequium. Cum vicarius eius in terris sitis divinitus constitutus, qui et firma corroborat, et fracta consolidat, maxime in hiis vestre auctoritatis robur credimus accessurum, que paci consonant, et piam unitatem ex diversis vinciunt et componunt. Volens igitur in gestis meis legitimis etiam ex auctoritatis vestre plenitudine munimen habere perpetue firmitatis, pactum quod inter me et nepotem meum Dnm H. Ducem Zelezie, de virorum prudentum et prelatorum Ecclesie consilio intervenit, paternitati Vestre dirigo confirmandum, quod ad maiorem cautelam huic nostro scripto verbo ad verbum inseruimus, quod tale est:- Ego Uladislavus magnus Dux Polonie consolidata utilitate tam terre mee, quam nepotis et compatris mei Ducis Henrici, consensi in fedus amicitie cum ipso, nullo tempore violandum. Inde est, quod promisi ei, quod pro posse meo assistam eidem ad honorem ipsius conservandum et reformandum. Illud quoque ipsi promisi, ut nullum respectum ad aliquam partem terre, quam nunc possidet, nunquam habiturus sim. Occasionem quoque discordie precidere volens, spopondi, quod homines mei homines suos,

omisso judicio vadiare nullatenus presumant, set et homines ~~suos~~ ipsius fugitivos, a tempore colloquii habiti in Zandoves, tam a me, quam a meis detentos, restituam. Ad illud etiam me specialiter obligavi, ut fures, tam fraudulentos, quam violentos, bona fide cohibeam et exterminem, ne aliquod nocumentum maxime terre predicti Ducis H. faciant, et a nullo nobilium meorum serventur, sub pena perpetue infamie et iureiurando super hoc prestito; ita, quod si quis ter admonitus non resipuerit, nobilitate et hereditatibus careat, directo ad me devolvendis, et non ad heredes eorum, nisi forte malitie ipsorum contrarii fuerint. Dux etiam Henricus omnia premissa vice versa mihi promisit, super fugitivis etiam reddendis, sese milites nostri firmiter obligarent. Promisi etiam pro posse meo bona fide etiam extraneos cohibere, ne per fines de Lubus transeuntes nocere valeant vel terre sue specialiter, vel Marchie Lusicensi, quandiu ab eodem Duce Henrico tenetur. Ad robur autem et incolamentum sincere caritatis, Dux H. de castro suo Lubus persone mee cedit, ita tamen, ut si finis meus fataliter contigerit, dictum Lubus eidem Duci H., si supervixerit, vel heredi eius, a quocunque tunc detentum fuerit, sine difficultate reddatur. Super quo promisso ego in persona mea iuravi, et mei de meo consensu, in quibus, vel eorum successoribus maior vis visa est ad hoc effectui mancipandum. Excommunicatio etiam late sententie, de meo et meorum consensu, tam in me, quam in meorum quemlibet, si ab aliquo ex nobis contra hoc pactum fraus vel impedimentum ullo tempore opponeretur, vel procuraretur, missa etiam a P. Poznaniensi, L. Wratislaviensi, et L. Lubicensi Epis. Consensi etiam in confirmationem domini Pape et Archiepi et Eporum Polonie denunciationem faciendam super eadem excommunicatione. Uterque autem nostrum, quod promisit, iuramento firmavit. — ~~Nulli~~

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc.
Datum Rome apud Stum Petrum VII Idus Maii Anno Secundo

(1218)

Ex autographo Regesto Literar. Applicaonum f. r. Honorii Pape III. (An II. ep. 1057) quod asservatur in Tabulariis secretioribus Vaticanis. — In quorum fidem etc. M. Marini Tabular. S. R. E. Praefectus.

1219 1/V Gniezno

5

Kpol. II, nr. 809

Ia (!) miseracione diuina sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopus Venerabili in christo fratri domino. Io. deigracia Episcopo Craco-uiensi totique Capitulo ipsius. Salutem et fra-ternam in domino karitatem. Quia nobis per fidedignas personas tam ecclesiasticas quam eciam seculares est sufficienter probatum, quod villa Wilkowicze wlgariter nuncupata sita prope Vnyeow, Ecclesie Cracouiensi exti-tit ab antiquo Nos aliena nobis vendicare minime cupientes. eandem villam Wilcowicze vobis et ecclesie vestre Cracowiensi predicte, de consensu nostri Capituli integre restituimus per presentes In cuius rei testimonium presen-tes vobis dari fecimus Sigillis nostro et dicti nostri Capituli roboratas. Datum in Gnezna Anno domini M°CC°XIX kalendis Maij.

Lib. Ant. f. 326.

-82.

In [illegible] Nos thomas [illegible] [illegible] [illegible] Opol [illegible] [illegible] fridum et alios conventuales ipsius nigri ordinis et conven[illegible] [illegible] [illegible] alberlum [illegible] ab [illegible] [illegible] XXXV [illegible]

a Zuencino

[illegible] M. CC. XXX. IIII. [illegible]

[illegible]

[illegible] + S. G R. . G O R I I [illegible]

[illegible] Wokoło napis [illegible]

[illegible] . . . HOONE DI GRA WRATISLAVIEN . . . [illegible] na tle Chrystus, ukrzyżowany [illegible] Wokoło napis : + IOHANNIS. BAPTIST. . SIG. CAPITVLI ECCL KESCI(+) . 4. Przedstawia [illegible] z mieczem w ręku, [illegible] napis : + S MAGRI REGI NALDI ARCHID' SCE CRVCI . . OP . .

[illegible]

Gregorius Episcopus Servus servorum Dei, Nobili viro Henrico Duci Zlesie et Cracovie, salutem et apostolicam benedictionem

Ea que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata consistere, et ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, convenit apostolico presidio communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat, quod cum inter te ac nobilem virum Wodizlavum Ducem Polonie fratrem tuum super terra Polonie questio fuerit exorta, tandem mediantibus venerabilibus fratribus nostris F. Gneznensi Archiepo et P. Poznaniensi, amicabilis inter partes compositio intervenit, prout in litteris inde confectis plenius continetur, quam apostolico petivisti munimine roborari. Nos igitur devotionis tue justis precibus inclinati, compositionem ipsam, sicut rite sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice observata, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem facti huius evidentiam, tenorem dictarum litterarum fecimus presentibus annotari, qui est talis.

In nomine Ste Trinitatis amen. Nos Fulco Gnesnensis Eccle Minister humilis et Paulus Poznaniensis Episcopus, omnibus ad quorum auditum vel intelligentiam hoc scriptum pervenerit, notum facimus, quod cum inter Dm Henricum Ducem Cracovie et Zlezie filiumque eius Henricum, et Dnum Wlodizlaum filium Odonis Ducem Polonie ex parte altera, non modica cresceret discordia et crebra moveretur questio rancorosa super possessione videlicet illius totalis partis Polonie, quam antea Dns Wlodeslavus Mesconis filius possederat, ex officio nostro medios nos iniecimus, et impetum ire seu mali, quod ex utraque parte imminebat, precibus et consilio, Domino adiuvante, hoc modo mitigavimus, ut videlicet fluvius Varta inter ipsos terram dividens, meta esset immutabilis; incluso tamen Santok parti dni Henrici, cum omni eo, quod ipso inferius est. Dnus vero Wodizlavus Naroncincones (sic.) Castrorum suorum Nachel, Usche, Charnchow, Velen, Dresden, et ex parte altera, sicut antea dns Wlodizlavus pacifice possidebit. Item vero in dni Baruvii (?) (Barnimi?), cum omnibus que eidem ab avunculo suo donata dinoscuntur, liberam cedet possessionem. Et quoniam pacis inimicus per se membraque sua nititur semper pacem de terra tollere,

quod omnimodis volentes precavere et pacem firmam stabilire, ex utraque parte tale promissum recepimus ad perpetue inter ipsos pacis robur et munimen. Primum, quod si quis ipsorum, persone alterius aut filiorum ipsius vi, dolo, seu aliqua arte vel astutia malum mortis machinabitur, aut si predictos terminos amicabiliter constitutos transgressus fuerit, aut terram alterius exercitu vel alio manifesto gravamine spoliaverit, etiam si aliquod de castris alterius per vim aut fraudem, aut alicuius donationem contra alterius voluntatem intraverit, aut si quempiam de Baronibus alterius, aut militibus, aut simplicibus, qui medio tempore discordie ipsorum Ducum incurrerint indignationem, aut in personis leserint, aut captione seu hereditatum iustarum bonorumque mobilium ablatione sine iudicio gravaverit, aut iustas hereditates heredibus non reddiderit, tali pene subiacebit. Primum, quod ius dominii in prefata parte Polonie cum sua in perpetuum amittet posteritate. Item excommunicationi Dni Pape et Archiepi Gneznensis omniumque ipsius suffraganeorum subiaceat; ita duntaxat, ut si qui de nobis a ferenda in transgressorem excommunicationis sententia se continuerint, aut subtraxerint, nihilominus quivis ipsorum plena uti poterit potestate. Preter hec, si ex parte Ducis Henrici seu filii eius transgressio intervenerit, Stargord cum suis utilitatibus in ius cedet et dominium Ecclesie Poznaniensis; vel si a parte Dni Vlodizlavi vel filiorum eius transgressa fuerint supradicta, Hostrow castrum similiter cum suis attinentibus in ius et dominium Eccliē cedet Gneznensis imperpetuum. Adiectum est etiam, quod Wlodislavo restat petere de terra memorata, si quod voluerit, per gratiam, aut iudicium si voluerit, termino finali constituto in proximo termino Pentecosten. Veruntamen si ad iudicium iudicum, quos ad hoc elegerint, perventum fuerit, utrique tunc maiora petendi de ipsa quondam terra Dni Wlodislavi, ius et libertas remanebit, aut uterque, si magis placuerit, iuri actionis renuntians, extunc partem suam pacifice possideat, super factam tunc divisionem. Preterea, ante pacis inter ipsos per Dnum papam confirmationem, nulli ipsorum licet interim aliquod castrum de novo erigere aut construere sine alterius voluntate; set iam stans et constructum, si ruinam minatur, aut minus forte est, poterit emendare: set cum pleno pacis federe, ut dictum est, per Dnum papam stabilientur, extunc unusquisque in suo, quod velit facere, sine omni poterit contradictione. — Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem etc. Datum Perusii VI Kalendas Julii, anno nono. (1235.)

(Descriptum ex autogr. Regesto Literar. aplicarum Gregorii papae IX. (an. IX. epist. 183) quod asservatur in Tabulariis secretioribus Vaticani. — In fidem etc. M. Marini Tabularior. S. R. E. Praefectus.

Przepisano z autentycznej Marynego kopii w Rogalinie u Hr. Raczyńskiego.)

Par. A. 1.

8

Boleslaus dux Silesie et Polonie s. a. d. et l.
Bibl. Regalim. Paradis Liber privileg. A, № 18.-

In nomine Domini Amen.-
Nos Boleslaus Dei gracia dux Silesie et Polonie universis telonariis nostris tam de Crosten quam de Zbansim mandando districtissime sub obtentu gracie nostre presencium auctoritate precipimus quatenus a fratribus de Paradiso videlicet monachis in universis negociis ipsorum sive in rerum suarum vendicione sive eciam salem vel quitquid emerint nullam penitus ab ipsis exaccionem thelonei requirere presumatis sed in quiete bona et pace libera ipsos negocia ipsorum sinatis pertractare scituri se gravem indignacionis nostre censuram incursurum qui huic mandato nostro et sanxioni obviare attentabit.-

Rudki 4.8.75 [illegible]

coll. 16. 8. 75
ll.

Crosten zam. Crossen, z niemiecka zam. Krośno; Zbansim zam. Zbąszyń; Paradisus zam. Paradyż..

Druk. w Kod. D. W. I p. 191 № 227

1246, 23 grudnia
Innocenty IV

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ..., priori fratrum Praedicatorum, provinciali in Polonia, salutem et apostolicam benedictionem. Cum omnibus succurrentibus imperio Romanie illam suorum peccaminum veniam indulgimus in concilia Lugdunensi ipsosque illo privilegio eaque volumus ~~gaudere~~ immunitate gaudere, quae terrae sanctae subvenientibus conceduntur, nos tibi et aliis fratribus tui ordinis, qui in eiusdem imperii negotiis laboraverint, cum ex hoc ~~tam~~ tam te, quam fratres ipsos reputemus non modicum eidem imperio prodestare subsidium, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi ex illa, quam nobis licet indignis Deus ligandi ~~et~~ atque solvendi contulit, potestate illam, quae succursum ipsi terrae praestantibus est concessa, largimur veniam peccatorum. Datum Lugduni X. Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno quarto.

Dyplom pergaminowy z wyciętą bullą ~~tiura~~ papieską na sznurku konopianym.

Właściwości pisowni: succurrentibus Januarij.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memo„
riam. Nos Wladislaus Dei gracia rex Polonie necnon
terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cu„
iauie Litthuanieque princeps Pomeranie Russieque
Dominus et heres significamus tenore presencium qui„
bus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium
noticiam habituris, quomodo necessitatem et commo„
dum Religiosorum virorum monasterij ordinis sanc„
ti Dominici fratrum predicatorum in Opatowecz no„
bis dilectorum dignis cupientes promouere subsidijs
quibus sic valeant pro vt nostre deuocionis
dona possint relucere. Cupientes itaque diem
extremi judicij pijetatis operibus et celestia
pro caducis comutare, fratribus monasterij predicti
et ipsius conuentui vnum mansum ibidem in Opa„
towecz eidem monasterio fratribus et conuentui pre„
scriptis per Reuerendum in Cristo patrem Dominum
Johannem episcopum Chelmensem confessorem nostrum
/.

1247.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio .. Priori fratrum predicatorum prouinciali in Polonia, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum omnibus succurentibus imperio Romanie illam suorum peccaminum ueniam indulserimus in concilio Lugdunensi ipsosque illo priuilegio eaque uolumus immunitate gaudere, que terre sancte subuenientibus conceduntur, nos tibi et aliis fratribus tui ordinis, qui in eiusdem imperij negocijs laborauerint, cum ex hoc tam te quam fratres ipsos reputemus non modicum eidem imperio prestare subsidium, de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa, quam nobis licet indignis, deus ligandi atque soluendi contulit potestate, illam, que succursum ipsi terre prestantibus est concessa, largimur ueniam peccatorum. Datum Lugduni, X Kalendas Januarij Pontificatus nostri Anno Quarto.

Z oryginału pergaminowego do Klasztoru Ojców Dominikanów należącego. Na sznurku konopnym w środku wisi zwyczajna bulla Innocentego IV.

3 ... 173

11

Svantopolcus dux Pomeranie 1248 Sept. 9 in insula Fabri; spondet, se conditiones pacis a Fulcone archiepiscopo Gneznensi et Heidenrico episcopo Culmensi inter se Ordinemque Crucigerorum compositae servaturum.

Pergam. oryg. a którego na sznurkach pergam. wiszą pieczęcie Świętopełka (zw., uszkodzona), biskupów Kamieńskiego i Kujawskiego i legata Jakóba z Leodjum.
Perlbach, Pommerellisches Urkundenbuch Nr. 106. (z oryginału archiwa Królewieckiego, Schiebl. 48, Nr. 12.)

Ego Svantopolcus Dei gratia dux Pomeranie notum facio et testificor universis presentes litteras inspecturis, quod ego tactis sacrosanctis Evangeliis presentibus venerabilibus patribus W(ilhelmo) Caminensi et M(ichaele) Cuiaviensi episcopis in presentia venerabilis viri Iacobi archidiaconi Leodiensis, domini Pape capellani ac eiusdem in Polonia, Prusia et Pomerania vicesgerentis iuravi, quod arbitrium prolatum a venerabilibus patribus F(ulcone) archiepiscopo Gneznensi et H(eidenrico) episcopo Cholmensi et eorundem sigillis roboratum super discordiis que vertebantur inter me ex una parte et magistrum et fratres beate Marie domus Theutonicorum in Prusia ex altera in perpetuum observabo postquam filius meus ab eis fuerit michi libere restitutus. Iuravi etiam quod de cetero per me vel per alium tacite vel expresse publice vel occulte guerram vel bellum vel aliud malum contra dictos fratres non movebo vel procurabo, sed si malum eorum scivero, ... posse impediam vel eis significabo ut sibi valeant precavere, sed bonam pacem et integram eis de cetero servabo de ~~...~~ omnibus que usque ad hanc diem inter me et ipsos quomodolibet contigerunt. Excepit tamen

dictus vicemagister et protestatus est quod si ego non exhibuero iusticiam per iudicium competens vel amicabilem compositionem nobilibus viris Kazimiro Duci Cuiavie et Semoviti et Boleslao Ducibus Polonie et duci Sambori fratri meo, licebit eisdem fratribus contra me sine violatione iuramenti prefatos duces adiuvare. In cuius rei testimonium dicti episcopi .. Caminensis et Cuiaviensis ac idem dictus archidiaconus rogati a me presentes litteras sigillorum suorum munimine roborarunt. Actum in insula Fabri feria quarta post Nativitatem beate Marie virginis anno Domini M. CC. XL. octavo.

Ten sam układ powtarzają z większemi szczegółami Henryk, zastępca mistrza w Prusach, i Świętopełk, z opieką tego ~~w dniu 24 Listopada tegoż roku~~ ze i Jakób legat papiezki 24 Listopada tegoż roku w témże miejscu; obie te dokumenta drukowane w Perlbacha Pommerellisches Urkundenb. Nra. 110 i 111.

(A) 1253.

Boleslaus Dux Polonie confirmat resignationem bonorum Cossuty per
Comitem Bogussam domui Lenden. Cisterciensis ordinis factam.

In nomine Domini Amen. Quoniam numerus dierum cum cursu temporis
subito pertransit, et humane nature memoria facile in oblivionem labi-
tur, necesse est ut acta hominum tenore litterarum ac testibus fide di-
gnis firmiter roborentur. Hinc est quod nos Boleslaus Dei gracia Dux Polo-
nie notum facimus universis Christi fidelibus et presentibus protestamur,
quod Comes Bogussa heres de Cossutha in remedium anime sue ac
suorum parentum legavit cenobio Lendensi hereditatem suam Cossuth pre-
tatam cum omnibus suis attinentibus, prout in presenciarum possidet
nihil penitus excipiendo; ita tamen ut duo filii sui Gerwardus et Pri-
mislaus adhuc existentes pueruli absque liberis heredibus viam universe
carnis intraverint domus Lendensis sepedictam hereditatem jure heredi-
tario possidebit annuentibus dictis duobus filiis suis, et ad manus
Mathie abbatis ejusdem monasterii se conferentibus fraternitati ordinis
Cis-

se ac sue fidei commiserunt. Nos vero fratres monasterii Lendensis pie devocionis studio prosequentes, hanc ordinacionem ob honorem Dei et gloriose virginis et matris Marie, nec non ad salutem nostram perpetuam confirmamus. Datum et actum in Dlusca Anno Domini M° CC° LIII° Ydus Maii presentibus nostris baronibus videlicet Comite Erkenboldo palatino Kalisiensi, Johanne Cancellario Johanne Castellano Kalisiensi Comite Mathia Castellano Lendensi et aliis quam pluribus fide dignis. Et ne in posterum aliquo malignante hec tam salubris ordinacio valeat irritari, presentem cedulam sigilli nostri appensione fecimus communiri –

pieczęć oderwana ..

A D. 1258.

In nomine Domini Dei eterni Amen. – Quanto major et altior est persona, tanto debet curare caucius, ut ea que gerit negocia, nullus possit processus temporis impedire. – Solet enim frequenter accidere, quod humanis actibus attemptat calumpnia novercari. Noverint igitur universi filii sancte matris ecclesie presentes et posteri ad quos presens scriptum pervenerit: quod nos Boleslaus dei gracia dux polonie majoris revolventes in animo pia facta avi nostri felicis memorie ducis Wladislai que fecit domui sancte Marie in Lubin, et fratribus in ea manentibus ordinis sancti Benedicti, ob salutem eciam anime nostre, ad instantiam viri providi et honesti domini Jacobi Abbatis omnem libertatem et donationem velut in privilegio a prefato duce dato in hunc modum continentem confirmamus. –

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. – Quoniam omnia que aguntur in tempore sepissime deducuntur in oblivionis abyssum, propter quod lites incontenciose, altercationes, per tractum temporis longevum, copia subtracta probationem multociens suscitate fuerunt, et ex hoc periculosis discordiis janua pandebatur et sic plerumque predominat iniquitas equitati, et veritas ignorantie tenebris subcumbebat obnubilata, quod magnum nefas est, et penitus contrarium inconveniens fidelium unitati. Ideoque que donantur, commutantur, seu rite statuuntur, scripti patrocinio convenit roborari, quatenus veritas falsitatis inimica loco sui tentorii dilatato funiculos eternitatis non solum ad modernos verum etiam et posteros protendat longiores. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod nos Wlodislaus dux magnus polonorum, divino amore cor nostrum perlustrante cum deliberatione omnium baronum nostrorum de comuni consilio et auxilio ad petitionem dilecti Capellani nostri Andree Abbatis et conventus, privilegium super libertate avorum nostrorum, et patris nostri, ecclesie Sancte Marie in Lubin fratribus ordinis

sa.

Sancti Benedicti temporibus nostris renovare studuimus, adicientes prefate ecclesie et omnibus villis ad eam pertinentibus et omnibus hominibus tam liberis quam ecclesie eas possidentibus perfectiorem et omnimodam libertatem ab omnibus exactionibus, prestationibus, servitutibus et vexationibus juris polonicalis scilicet: strose podvorove. povolove podimne povozove narаz et prevod nec non a citatione castrorum, a cujuslibet judicis sive pedanei vel generalis per nos in polonia constituti, excepta sigilli nostri citatione, ad quam coram nobis, vel prefate ecclesie abbate et beneficiis ejus citati tantummodo villani memorati astabunt querelantibus responsuri, et ut omnibus diebus quibus illud cenobium sub ~~sole~~ Sole duraret, iidem fratres pro animabus avorum nostrorum, et patris nostri, et nostra salute et nostrarum posteritatum orationes ad Deum jugiter effunderent, et missam defunctorum, et aliam pro peccatis sine intermissione in qualibet septimana sollempniter celebrarent. Ut autem robur hujus donacionis et innovationis munus, in perpetuum firmitatis eterne ab omnibus succedentibus obtinere valeant, presentis scripti, et impressionis nostre munimine dignum duximus roborare. Actum in Lubin Anno gracie domini M° C° octogesimo primo, sub testimonio proborum virorum quorum nomina sunt subnotata. paulus Episcopus pozmaniensis, Vitoslaus decanus, Vincentius Cancellarius, Magister Wenceslaus. Dobrogost palatinus, Mlost judex Jarost castellanus poznaniensis, potrec Castellanus de kalis - pavel castellanus de santhoc. Olbracht Castellanus de Usce, Bronis, Petrus filius Dethlebi, et ceterorum honestorum quam plurimorum virorum. Datum per manus Bonefacii magistri de Kalis In natale domini, in die Stephani protomartyris, vii Kalendas Januarii —

He sunt ville sepe memorati monasterii: Ipsum Lubin cum omnibus sortibus circumquaque adjacentibus, Chruscovo per unum centarionem, et omnes ville ad eum pertinentes, cum solucione Stroda, Stan, Naraz povoz cum aliis exactionibus. He sunt ville prefati

cu

centurionis. ipsa supradicta, Mostesici cum lacu ex integro, et alio quod vulgariter Bezan nuncupatur, Narla cum omnibus sortibus. Luscovo, Gluchovo, Chusevo, Sdunovo, Revuch, Vescovo cum omnibus sortibus ad molendinum Gromino. Zubovo. Popino. Coslovich Chosovo, poseposco, Scodrochov. Stusicha Shib, Dobrochov Stupopovo, Stanchovo. Gyrcha. Mechinevo, Garlochov, Cychov, Gortha, pecrino, Sverechov, cum theloneo et taberna et omni venatione tam ~~parva~~ magna quam parva, Radlevo, Machtino, Mechlod, Drencevo. Chochice. Crirovo, Osov, Stanchovo. Dalevo, Virchrecha, Tresceochovo. Smolici, Lusno, Malpino, Jarine, Grodovo, Semovo, et centuria cum hominibus et sortibus eorum circumquaque adjacentibus, et prefata solutione. Insuper Starigrod cum theloneo et tabernis, et omni jure forensi. et sortibus circumadjacentibus Posachovo, et Opathovo. Crgoin, et Radomicsk. cum tabernis et theloneo, et omni jure forensi. Lacus magnus cum piscatoribus. qui inter mostesich, Cychovo, et mandlino adjacet. In Kalis locum et thabernam cum theloneo poatis minoris. Vanesch cum hominibus et omnibus sortibus. et solutione supranominata, Gnevovo. hec omnia pro redemptione peccatorum nostrorum, in remedium animarum parentum nostrorum prefate domui contulimus. In cujus rei thestimonium, ne aliquis tam sollempni donationi, simulque nostre confirmationi, ausu themerario valeat contraire, presentem paginam sigilli nostri munimine confirmamus. Datum in Posnan Anno Domini nostri M° CC° L° octavo in cathedra Sancti petri presentibus testibus Dirsicrajo palatino, Jarostio Judice, Comite Bogutha, Vincentio subcamerario, Mathia notario curie —

pieczęć oderwana, sznurek z czerwonego niekręconego jedwabiu.

z Akt po supprymowanym klasztorze w Wlkp. Lonaickim — Dypl. podpisany.

[illegible] 1181 [illegible]
[illegible] 1238 [illegible]

1306.

In nomine Domini, amen. Quod magnifica principum decreuit auctoritas, ratum atque stabile debet permanere. Nos igitur Wladislaus Dei gracia terrarum Cracouie, Sandomirie, Polonie, Pomeranie, Cujauie, Lancycie, Syradie dux, notum facimus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, presentem paginam inspecturis, quod Malha, Budywogius, Johannes et Troymirus filij quondam Martini et Toymiri, accedentes ad presenciam nostram et baronum nostrorum, protestati sunt libere et liberaliter, vendidisse hereditatem suam in territorio Naklensi sitam, que Wanchewarzco vulgariter dicitur, cum singulis vtilitatibus, que intra terminos et limites eiusdem ville dinoscuntur pertinere, domino Bertoldo abbati ac Byssouia et toto conuentui ibidem, pro quinquaginta et quatuor marcis monete Thorunensis, tali modo, quod ipsi et omnis posteritas ipsorum perpetuo et perpetualiter nullum ius requirendi aut repetendi habeant predictam hereditatem, sed prefati abbas et conuentus ipsam cum pratis et lacubus, riuis, siluis et nemoribus atque omnibus alijs vtilitatibus et prouentibus pacifice et quiete iure perpetuo debeant possidere. Nos vero predictam vendicionem et empcionem ratam gratamque habentes, eisdem fratribus sepedictam hereditatem confirmamus et damus eis plenam libertatem in eadem hereditate ac potestatem locandi eam iure Theutonico, quod Meydburgense dicitur, cum omni iure ducatus nostri, nichil omnino pro nobis reseruantes. In cuius rei testi-

monium presentes conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Presentibus hijs testibus: comite Troyano castel-
lano de Nakel, comite Henrico filio Swantoslay et fratre eius Sandywogio, Petrchone filio Bozate, Przezlao filio Przezlay et alijs multis fidedignis. Actum anno Do-
mini millesimo trecentesimo sexto. Datum in Byssouia infra octauas beati Andree apostoli.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rzą-
dowem w Poznaniu (Koronowo N. 4) opatrzony jest większą pieczęcią herbową, książęcą, wyobrażającą herb kujawski bez tarczy.

1311.

In nomine Domini amen. Ea, que aguntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, solent a voce testium et scripture testimonio perhennari. Nos igitur frater Henricus canonicus Jerosolimitanus et prepositus Mychoviensis, notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod de vnanimi consensu fratrum et socius capituli nostri, vendidimus hereditatem nostram, que Sdzyechowa vulgariter nuncupatur, viro discreto Nicolao dicto de Geze suisque posteris iure Theutonico Noui fori collocandam, dantes eidem . . . racione locacionis ville iamdicte et suis successoribus legittimis tres mansos liberos et duos ortos liberos cum tercio denario iudiciali perpetuo possidendos. In qua locacione mansorum predictus Nicolaus debet quatuor annos libertatis obtinere. Damus eciam eidem Nicolao ac liberis eiusdem tabernam, pistrinam, macellum carnium, fabrum, ut ab eis ipse ~~libere annos~~ libertatis annis fructus percipiat ex integro; elapsa vero libertate dimidietas omnium vtilitatum taberne et aliorum predictorum ad nos deuoluetur. Volumus eciam, quod durante libertate incole ville memorate racione decime de quolibet manso fratribus nostris persoluant quatuor scotos vsualis argenti. Expirante autem libertate fratribus nostris vel dominum Gneznensem persoluent racione decime (et) adducent granario eorum maldratam triplicis grani, videlicet quatuor mensuras tritici, quatuor annone et quatuor auene; racione vero census [illegible] vsualis argenti. Addicimus quoque, quod in predicta villa excipitur pro nostro allodio mansos quotquot nobis necessarij videbuntur. Ut ne predicta donacio nostra per aliquem ausu temerario infringatur seu impediretur, nos super hoc li-

teram. confessam nostro sigillo fecimus roborari. Acta sunt hec co-
ram testibus idoneis: fratre Henrico procuratore domus Gneznensis,
Arnoldo subcusto ibidem, Petro vinitore, Henrico fratre Goczaley.
Datum in Chyechow anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

Inscriptiones Gnesnenses de anno 1522, str. 134.

In nomine Domini amen. Cum inter cetera virtutum insignia
potissime regalem faciat prefulgere maiestatem munificencia, largitas et
ad pia opera animi promptitudo. Nos itaque Vladislaus dei gracia Polo-
nie rex, meritis sacre religionis ordinis Cisterciensis inducimur et ob re-
uerencie gracia ipsum pre ceteris ordinibus iugiter prosequentes, paci et
tranquillitati ipsius monasterijs videlicet sub umbra nostre dicionis con-
stitutis de benignitate solita consulamus, ne iurgiorum imposterum
concuciatur procellis. Supplicacionibus siquidem pijs religiosorum vi-
rorum et nobis dilectorum videlicet abbatis et conuentus de Byssouia,
predicti ordinis, Wladislauiensis diocesis, fauorabiliter inclinati,
ipsis ac monasterio eorum omnes donaciones, gracias, libertates et
immunitates a predecessoribus nostris, principibus Polonie seu Cuiauie
eisdem abbati et conuentui monasterioque eorum iam dicto factas
seu concessas, ratas et gratas habentes ac presencium patrocinio con-
firmamus, et possessiones, hereditates et bona omnia, que ad dictum
monasterium pertinent, in districtu castellanie de Nakiel consti-
tuta, his nostris literis inserenda duximus et inscribenda, cupien-
tes memoratum monasterium et fratres inibi Deo famulantes super
dictis bonis et possessionibus gracijs et libertatibus specialibus mu-
nerare. Quorum ista sunt nomina: Runowo, Busnowy, Wierz-
chocino cum sortibus suis bonis sibi attinentibus, videlicet Ry-
bino et Sobielewo, dimidium Samsieczna, Komorza, Lucinie,
Trakowarsk, Dziedzno, Krampiewo, Slupow. Restituimus au-
tem dicto monasterio abbati et conuentui plenum ius ac iuris-
diccionem in omnibus locis dictarum hereditatum seu villarum

tam in semitis, quam in vijs publicis et priuatis ac plenissi-
mam et perfectam libertatem cum hominibus eorum, ut nos a-
pud deum plenam peccatorum consequi indulgenciam merea-
mur. Damus eciam eis potestatem locandi easdem hereditates
siue villas iure Teuthonico vel alio quocumque, prout domini
sui viderint melius conuenire, et quod omnes causas ciuiles et
criminales in eisdem bonis habeant iudicare. Insuper ut prefatus
abbas et fratres de Cissouia cotidie Deum pro nobis interpellent,
nos eorum ampliori intendentes paci et quieti ipsas sepedictas he-
reditates, possessiones, villas liberas perpetuo facimus et quietas
cum omnibus pertinencijs et utilitatibus suis, videlicet terris cultis
et incultis, stagnis, riuis, pratis, lacubus, syluis, pascuis et pa-
ludibus, rubetis et nemoribus, mellificijs et piscacionibus, casto-
ribus et venacionibus, molendinis et tabernis, ab omnibus Polo-
nicalibus seruicijs, exaccionibus, solucionibus, angarijs et peran-
garijs, a prewod, a powor, a uwoor, a zimeth, a nastawa,
a vesnica, a naroz, a prosne, a poradlne, a powdlowe, a
stroza, a boue, a vacca, a porco et ab omnibus alijs, quocum-
que vocabulo censeantur siue secundum antiquas, siue secundum
nouas obseruantur consuetudines, cum incolis in prenominatis villis
commorantibus, absoluti sint semper et exempti. Omnia quoque
bona, quocumque titulo a nostris subditis acquisita, siue per
empcionem seu mutacionem sepedicto monasterio et fratribus
inibi degentibus cum gracijs, libertatibus et iuribus, presencium
patrocinio confirmamus. In cuius rei robur et euidenciam presen-
tibus sigillum nostrum minus est appensum, volentes illud illum
~~hab~~ habere vigorem quem sigillum obtinet nostre maiestatis,
quia illud ea vice artifici traditum fuerat emendandum.
Actum et datum in Bresc, in die beatorum martyrum Tiburcij et

/. Valeriani, anno Domini M. CCC. vigesimo quinto. Presentibus his nobilibus nostris: Marcino palatino Calissiensi, Petro dicto Sienianowicz castellano Poznaniensi, Iohanne castellano Radzeoviensi, Tbelutone dicto Troianowicz, Zyre camerario Brescensi, Petro canonico Cracoviensi et vicecancellario curie nostre et alijs multis fidedignis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 84 (Archiwum rządowe w Poznaniu).

In nomine domini amen. Cum facta, ordinaciones et resignaciones tutorum et castellanorum robur obtinere nequeant firmitatis, si consensu regum vel principum non fuerint roborata, vel ipsa facta non fuerint confirmata, proinde nos Wladislaus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Lancicie, Cuyavie, Syradie, religiosorum virorum abbatis et conventus monasterij Byssoviensis devotis precibus inclinati, ut sollicicius deum pro nobis interpellent, bona, que Tuszkowo nominantur, in territorio castri de Nakel sita, dicto monasterio testamenti titulo collata per comitem Vilk de Lubow et filios eius, videlicet Petrum, Nicolaum, [illegible] et Iohannem, necnon per dominum Andream archidiaconum Gneznensem et cancellarium Polonie, et per fratres et filios suos: Albertum iudicem Poznaniensem et germanum suum Cristinum, Mathiam et Bodzetam, filios comitis Petri, et per Andream filiolum suum. Et quippe cum pia sit donacio, ipsa bona prelibato monasterio graciose presencium patrocinio, cum bonis nichilominus, videlicet: dimidio Samsieczna cum lacu, qui eciam Samsieczno dicitur, necnon cum bonis Dziedno et cum lacubus, videlicet Dziedno magno et parvo Dziedno, Rudice, Ossowo et Pogolinek parvo, et cum alijs utilitatibus omnibus et pertinencijs, secundum quod in suis gadibus et terminis antiquitus sunt limitata, predicta omnia bona in perpetuum confirmamus: dantes dicti abbati et conventui monasterij prescripti bona premissa cum omni iure et proprietate ac dominio libera et exempta ab

omni seruitute et vexacione, scilicet a przewod, powoz, wywoz, wymeth, nastawa, wesnica, naraz, mostne, poradlne, podwo-zowe, powolowe, stroza, a boue, a uacca, a porco et ab alijs quibuslibet seruitutibus, quibuscumque nominibus censeantur. In cuius rei testimonium presentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostro communiri. Actum in Brzescie in die beatorum martyrum Tiburcij et Valeriani, anno Domini MCCC XXV, presentibus nobilibus nostris: Iaroslao palatino Calisiensi, Iohanne castellano Radzieiouiensi, Tebelluttone dicto Troyanowicz, Zyre camerario Brestensi et alijs multis fidedignis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 99.

Już drukowany pod Nr. 1066, ale licho; (w opuszczonych wiele miejsc)

68. 20

Janislaus s. Gnesnens. eccle. archiepus. 1326 Apr. 25, Gnezna;

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privil. ab a. 1459, II, pag. 149 v.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere me-
moriam divinum est potius quam humanum sapien-
tum decrevit providencia ut facta hominum digna
memoria literarum serie cum annotacione testium
posterorum noticie commendentur. Nos igitur Jani-
slaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie
archiepiscopus notum facimus universis presentibus
et futuris ad quos pervenerit scriptum presens
quod attendentes fidelia et grata servicia
Nicolai de Pczew filii Bartholdi nobis exhi-
bita et imposterum exhibenda de consensu et
voluntate fratrum nostrorum Gneznensis Capi-
tuli advocaciam in civitate nostra dicta Gurye-
czyszew eidem Nicolao contulimus perpetuo
possidendam que civitas cum adiunctis sibi
hereditatibus Guryeczyszew et Falanczyno est iure
Srzedensi locata dantes predicto Nicolao et suis
liberis ac successoribus legittimis nomine advo-
cacie quatuor mansos liberos terciam partem
solucionis omnium camerarum macellorum
ac tercium denarium iuramentorum et cuiuslibet
iudicati. Preterea incolis civitatis et heredi-
tatum dictarum de agris prorsus incultis

a

a solucione census et decime quinque annorum spacio concedimus libertatem. Qua durante de cultis agris solvent nobis decimam manipulatim in campis. Expirante autem quinque annorum libertate predicta incole civitatis et hereditatum supradictarum de quolibet manso modium tritici modium siliginis modium avene ad mensuram Gnesnensem et fertonem argenti iuxta consuetudinem terre Gnesnensis annis singulis racione census et decime nobis solvere tenebuntur. Ut autem hec nostra ordinacio robur perpetue firmitatis obtineat presens privilegium scribi fecimus et nostri ac predicti nostri Capituli sigillorum munimine roborari. Actum et datum Gnezne in die beati Marci ewangeliste anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo sexto presentibus honorabilibus dominis Andrea preposito Nicolao decano Iwano cantore Vincencio archidiacono Thomislao custode Petro cancellario et alys multis canonicis Gnesnensibus tunc in Capitulo congregatis.

1376.

In nomine Domini amen. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, solent literarum testimonio et voce testium perhennari. Hinc est, quod nos Henricus castellanus Gnesnensis et tutor castri Walcensis [illegible] universis, ad quos presens scriptum fuerit devolutum, quod viri religiosi ordinis Cisterciensis, diocesis Cuiaviensis, dominus abbas eiusque conventus de Bissovia apud providos viros et honestos, filios felicis recordacionis [illegible] dicti Chalicz [illegible] nuncupatam, in territorio [illegible] emerant [illegible] succedente vero tempore [illegible] dictorum filiorum [illegible] Chalicz, Anna nomine, [illegible] eumque conventum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] post tempore [illegible] ne predicta pars hereditatis aliqui ociens reci[illegible] [illegible] suorum et progenitorum [illegible] animarum suarum [illegible] predictam partem [illegible] nominatam, domino abbati suoque conventui [illegible] suum denariorum [illegible]

martyris Laurencij de communi consensu et voluntate mariti sui
Jacobi et filij sui Voymiri, [illegible] et matris sue Magdalene ibi-
dem tunc presentibus et adstantibus, et omni iuri, quod ad se ius
dictam partem hereditatis sue [illegible] habere videbatur, abrenun-
[illegible] femina venerabilis et
honesta. Quod si decetero [illegible]
[illegible] inpetierit,
[illegible] nostrum sigil-
lum [illegible] duximus apponendum. Actum et datum loco et die
prescriptis anno domini M CCL XVIII. presentibus hijs: Adalberto
[illegible] Ubislao de [illegible], Tomeslao de Chro-
[illegible] Sambruch advocato Naklensi et alijs pluribus fi-
dedignis.

[illegible]
[illegible]

Janislaus v. Gneznens. eccl. archiepus 1334 Nov. 19, Gnezne;

Gniezno. Arch. Cap. & Metropol. Visitatio bonorum p. 6.

In nomine Domini amen. Meritorum esse dinoscitur ut ea que in presenti circulo pertractantur, scripture ac testium amminiculo fulciantur, ne exinde in posterum erroris scrupulus generetur. Proinde nos Janislaus divina et apostolice Sedis providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum facimus universis tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devolutum scriptum presens fuerit, quod discretus vir dominus Boguslaus plebanus Lovicensis et canonicus noster Gneznensis cupiens condicionem ville Capituli Gneznensis que Marquacze wlgariter dicitur fieri meliorem ipsam iure theutonico quod servatur in Szroda sub rathihabicione eiusdem Gneznensis Capituli exposuit ad locandum. Constitutus quoque in nostra presencia Paulo filio Szdzyszczyonis ibidem de Marquacze sculteciam in dicta villa vendidit pro certa pecunie quantitate dans eidem Paulo duos mansos liberos cum duobus ortis ad ipsos pertinentibus, unam tabernam liberam cum orto iure hereditario perpetuo possidendam, tercium denarium iuramentorum idem scultetus cum suis successoribus habebunt michi (sic) et cuiuslibet iudicati preterea incolis hereditatis

tis predicte dictus dominus Boguslaus de agris extirpandis, a solucione census et decime sex annorum concessit et dedit omnimodam libertatem qua durante prefati incole de agris iam ad cultorem redactis decimam sibi dare tenebuntur manipularem in campis. Postquam vero libertas expiraverit supradicta kmethones ville supra dicte de manso quolibet tres mensuras tritici quinque siliginis quatuor avene ac fertonem videlicet duodecim grossos in festo beati Marthini confessoris memorato domino Bogussio (sic) et suis successoribus annis singulis dare et solvere tenebuntur. Et quoniam iura nobis et eidem Bogussio Szredensia sunt prorsus incognita omnia et singula iura que commodum et honorem dominorum respiciunt salva sibi et

X integra reservata. Ut autem ex ~~sua~~ su[a] ordinari[a] (sic) firma et stabilis perseveret presens privilegium dicto Paulo dari jussimus nostri et predicti nostri Capituli sigillorum appensione munitum. Actum et datum Gnezne die beate Elizabet anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo quarto presentibus dominis Ioanne preposito, Nicolao decano, Petro subcustode, Stanislao Brzestensi, Przythone de Gorca plebanis canonicis Gneznensibus et aliis pluribus fide dignis per manus Hanconis vicecancellarii curie nostre.

~~1131~~. 1343.

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi tam presentes, quam posteri, ad quorum noticiam deuenerit scriptum presens, quod nos Io. Dei gracia episcopus Poznaniensis ecclesie, et Nicolaus frater noster, heres de Bandleuo, filij quondam Sandyuoyj heredis de Lodza recognoscimus presentibus et publice profitemur, quod cum Thiroslaus, filius quondam Bodzathe, heredis de Suchoranecz, filiaster noster, cum suis consanguineis et cognatis, venerabili in Christo patri Iaroslao sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, super hereditate Wauurziceuo wlgariter nuncupata, mouissent inquietando ipsum et incolas perturbando, indebite questionem, cum eadem hereditas per ipsum archiepiscopum et predecessores suos multis retroactis temporibus iusto tytulo sit possessa pacifice et quiete; et licet prefatus dominus archiepiscopus predictos filiastros nostros iure et iusticia potuisset euadere tamquam iustus, volens tamen vexacionem suam redimere et finem imponere inquietacioni et turbacioni, que occasione hereditatis prefate fuerant suscitata, cum memoratis Thiroslao et suis consanguineis et cognatis, interueniente certa summa pecunie amicabiliter concordauit: Nos itaque prefatus episcopus cum

./.

./.

fratre nostro predicto et specialiter cum Chiroslao superius nominato et aliis coniunctis personis huiusmodi concordiam et redempcionem vexacionis ratas et gratas habentes, promisimus et promittimus eidem domino archiepiscopo et ecclesie Gneznensi coram nobili viro, comite Nicolao palatino Kalisiensi et capitaneo Polonie, quod ipsum et ecclesiam suam predictam super dicta hereditate Wawrzicewo non inquietabimus, nec eidem vel incolis hereditatis eiusdem per nos vel alios aliquod incommodum faciemus, et de euiccione, si per nos coniunctos fuerit impeditus, specialiter obligamur. In cuius rei testimonium nostrum, fratris nostri, Chiroslai predicti ac domini palatini et capitanei supradicti presentibus sunt appensa sigilla. Actum Wladislawie Iuuenis in die beati Iacobi apostoli, anno Domini M. CCC. XLIII°. Presentibus nobilibus viris: Andrea castellano Poznaniensi, Iohanne palatino Wladislawiensi, Thomislao castellano Gneznensi et aliis fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w Archiwum Kapituły metropolitalnej gnieźnieńskiej (N. 113), opatrzony był pierwotnie czterema pieczęciami, na paskach pargaminowych uwieszonemi; z których pozostała tylko druga okrągła, znacznie zniszczona, w wosku wyciśnięta, wyobrażająca w tarczy herb Doliwę, zaś

./.

w otoku napis: + S NICO[LAI] DE · BE[NDL]OWO.

1345.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus dei gracia rex Polonie, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris hanc literam inspecturis, publice protestando quomodo cum Johannes dictus Wanzkewsky procurasset ad nostram presenciam citari religiosum virum, fratrem Petrum abbatem de Bissovia et conventum ipsius pro hereditate Makowarzko tandem ipsis coram nobis in iudicio assignato ex utraque parte comparentibus post multam controversiam et altercacionem inter ipsos habitam pro dicta hereditate nostri barones sedentes circa nos in iudicio, videlicet Tarandus capitaneus Siradiensis, Hebda castellanus de Crusswicz, ... de Slawsko iudex Poznaniensis, ... iudex ..., Bosco subdapifer Sandomiriensis et Mathias castellanus de Bidgostia, visa iusticia dicti abbatis et conventus de Bissovia adiudicaverunt, dictam hereditatem Makowarzko cum omnibus pertinenciis ad eandem (spectantibus), ad dictum monasterium perpetuo pertinere. Quod iudicium nos considerantes esse iustum predicto monasterio Bissoviensi ... perpetuis temporibus ... confirmamus. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum feria tercia proxima ante diem beati Andree apostoli anno domini MCCCXLV, presentibus testibus quibus supra, et aliis multis in Bydgoszcz.

Lib. privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 158 (Archiwum rządowe w Poznaniu)

Jaroslaus s. Gneznens. eccles. archiepus. 1358 Jan. 30, Gnezne;

Gniezno. Arch. Cap. Metropol. Liber privileg. a b a. 1459, I, pag. 40.

In nomine Domini amen. Nos Jaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus ad universorum qui presentes inspexerint, noticiam volumus devenire quod bona ecclesie nostre cupientes in melius reformare molendina nostra unum aquaticum in foribus civitatis ~~Gneznensis~~ Znenensis et aliud in nostra curia informatum quod per equos trahitur Johanni et filio suo Martino necnon eorum legittimis successoribus natis ac nascendis perpetue vendidimus de consensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli sub annuo censu a dato nobis presencium persolvendo videlicet pro quadringentis mensuris brasei tali modo quod tota civitas debeat in eisdem molendinis molere braseum quam solucionem huiusmodi brasei taliter duximus distinguendum videlicet quod ipse molendinarius et sui liberi successores quolibet anno quadringentas predictas mensuras brasei persolvant et tali condicione interiecta quod absit si occurrerit aliquo anno quod mensura tritici solvat plus octo grossis tunc nos prefato molendinario in qualibet hebdomada per unam mensuram quousque primo dicta solucio scilicet plus octo grossis viget debemus alleviare, sed cum solvat octo grossis mensura tritici tunc dictus molendinarius solvat ex toto censum et hoc debet nostre curie Znenensi

nensi seu procuratori qui pro tempore fuerit assignare nobis et nostris successoribus imperpetuum sed octo denarios vel choretum avene prout aliis molendinis equi ductoriis exolventur qui pro molimentis brasei cum metretis, solvi consueverunt eidem molendinario et suis successoribus deputamus hoc adiicientes specialiter et expresse quod dictus molendinarius et sui successores centum mensuras frumenti infra annum pro nostra Znenensi curia absque metretis et dacione pecuniali, molere tenebuntur. Preterea si dictus molendinarius, succedente tempore per ipsum molendinarium poterit ampliari tali modo quod in prefatis molendinis poterit construere aliquam rotam seu lapidem molarem idem molendinator expedito nostro censu ut premittitur alias utilitates que de predictis molendinis derivari poterint (sic) pro se et suis successoribus retinebit et si aliqua molendina ventilia vel cuiuscunque modi fuerint circa Znenam pro nostra utilitate edificare voluerimus non per alios artifices nisi per prefatum molendinarium construere tenebimur hoc autem specialiter declaramus quod dictus molendinarius et sui posteri omnia et singula instrumenta ad molendinum pertinencia equos ferramenta et cetera lignea instrumenta debebit propriis sumptibus informare sed lapides molares procurator ~~tu~~ tunc temporis quicunque fuerit debet eos adducere Znenam ubicunque predictus molendinarius potest pro suis pecuniis propriis comparare et ut idem molendinarius supradicta molendina commodius instruere valeat vendidimus pratum iacens circa civitatem in parte sinistra eundo de civitate Znena

versus

versus Goram circa fluvium dictum wlgariter Gan-
sawa usque ad massam sive araturam in quo
prato sibi fena preparare ad viginti currus possit
sufficienter duntaxat prout sibi melius videbitur
expedire quod quod si in tantum non poterit in pre-
dicto prato de feno habere procurator noster Znenen-
sis qui temporis tunc fuerit tenebitur sibi providere,
eciam ortum ibidem circa molendinum in dextra
parte semite qua itur ad lacum penes fossatam usque
ad littora lacus cum paludibus ibidem sibi in
propriis pascuis reservandis eciam in dextra parte
fosse gramina et ubicunque circa prata nostra
inveniet falcare seu metere pro equorum nutrimen-
to poterit temporibus oportunis et piscacionem
sibi in fossis contulimus et absque ipsius voluntate
in fossato molendinario nullus piscari presumat.
Ceterum procurator tunc temporis quisquis fuerit debet
quolibet anno viginti robora ad molendinum aquaticum sive
ad aggerem procurare et adducere Znenam cum istis omnibus
supra dictis vendidimus et contulimus. Ceterum si mo-
lendina prenotata per eventum malorum hominum vel paga-
norum per quamlibet expedicionem nostre civitatis
destructa vel combusta fuerint tunc nos ipsi molen-
dinario silvam ubi excidet ligna pro molendinorum
reformacione tenebimur deliberare et eadem ligna ubi
ipse voluerit procurator noster Znenensis sibi tenebi-
tur locare et eciam pro menecione (?) ipsorum lignorum
necnon pro omni reformacione dictorum molendinorum
nos debemus sibi in adiutorium (dare) quatuor marcas
et duas maldras siliginis aut farine ad quodlibet
molendinum combustum vel destructum vel putre-
factum et illa omnia per ignem seu per putre-
faccionem ligna pro se retinebit et eciam lapides

molares

molares aut ferramenta ad molendina pertinencia post combu-
stionem vel putrefaccionem eidem molendinario tenebimur procurare.
f? Et quamdiu accidencium fuerint destructa molendina sepe dicta tunc
due metrete pro nobis tercia pro molendinario debet recipi et census
non tolli supradictus debetur de frumentis et braseo que molentur
in molendinis sepefatis. Ceterum molendinarius debet tollere de
braseo unam integram metretam a duabus mensuris brasei
continebuntque due metrete integrum choretum. Insuper molendi-
narius si qua peccora habuerit in nostris pascuis libere pascan-
tur eademque molendina sive iura ad usus beneplacitos converten-
da donanda sive commutanda iuxta quod sibi suisque
successoribus melius et utilius videbitur expedire.
In cuius rei testimonium nostrum et dicti nostri
Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Datum
et actum Gnezne feria tercia post Dominicam Circum-
dederunt me anno Domini millesimo trecentesimo
quinquagesimo octavo presentibus honorabilibus
viris et dominis Ottone preposito Johanne decano
Preslao archidiacono Kyelczone scolastico Petro
custode Jacobo cancellario Johanne decano Cracoviensi
Johanne preposito Calischiensi Jaczone scolastico
Lanciciensi nostris canonicis Gneznensibus.

1358.

In nomine domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, si scripture testimonio vel testium adminiculo non fuerint memorie commendata. Unde est quod nos Hector cupientes, ut rei geste inter nos ex una parte et discretum virum Boguchwal scultetum nostrum de Wiskitno, villa nostra ex altera, apud posteros memoria plenior habeatur, notum facimus presentes literas inspecturis, quod intendentes melioracionem bonorum nostrorum, ut ex eis auctore domino fructus uberior valeat provenire, de voluntate et consilio amicorum nostrorum prefatam villam nostram Wiskitno ad mansos Flammingicos exposuimus ad locandum iure Culmensi sub ea forma, que sequitur et ordinacione. Primo sculteto ipsi cum suis posteris racione locacionis damus decimum mansum a censu liberum, iure hereditario pacifice possidendum; incolis vero ville ipsius damus quindecim annis libertatis, a data presencium computando, nobis et nostris successoribus singulis annis in festo Purificacionis sancte Marie virginis gloriose racione census octo scotos monete usualis et decimam manipulatim, sicut ordinabimus, cum dominis, quibus predicte pertinent decime; alio modo componemus, tunc predicti incole de quolibet manso mediam marcam racione census et medium fertonem racione decime solvere tenebuntur. Iudicabit autem scultetus noster predictus et posteri ipsius omnes causas parvas et magnas, civiles et criminales iure predicto Culmensi inter terminos predicte hereditatis nostre contingentes; de penis vero seu iudicatis et de taberna nos et nostri successores duos denarios et scultetus ipse cum suis posteris tercium recipiemus. Statuimus eciam, quod predictus scultetus noster et sui posteri in serviciis et aliis quibuscumque

necessarijs nobis et nostris successoribus exhibendis, sicut scultetus de Lancko seruat sub eadem forma et ordinacione. Concedimus insuper predicto sculteto et suis posteris liberam voluntatem in lacubus nostris piscandi cum paruis et magnis retibus, preter solam sagenam, quam non admittimus statuendam. Volumus eciam, quod predictus scoltetus et sui posteri predictam sculteciam in toto vel in parte, cui vult, vendat, obliget, resignet, commutet, prout sibi placuerit, quia eandem sculteciam a nobis propria pecunia comparauit et emit. In cuius rei testimonium presentes literas sibi dari fecimus, nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum in Lancko decimo kalendas Januarij anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, presentibus nobilibus et discretis viris dominis: Nicolao plebano de Antiqua Cirsouia, Hinrico de Gogolina herede, Pacone herede de Wanwelno, Pacone de Kraidow, Nicolao plebano de Lancko, Swantoslao plebano de Nakiel, Laurencio plebano de Kraldowo, Bartosio de Jarscow, Przybyslao Gnardowic, Thoma de Pecino, Clemente sculteto de Lancko, Pacone de Velcze et alijs quam pluribus.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo str. 409.
(Archiwum rządowe w Poznaniu).

Fr. Johannes abbas etc. 1358 Jun. 8, Lubyn;

In nomine Domini amen. Modernorum facta haberi solent dubia, nisi solenni testimonio et literarum apicibus fuerint roborata. Sciant igitur universi presentes et posteri, tenorem presencium audituri, quod nos frater Johannes, divina miseracione abbas, cum toto Capitulo cenobii nostri monasterii Lubinensis voluntate et ex certa sciencia maturaque deliberacione cum fratribus nostris prehabita et amicis, hereditatem nostram dictam Wirzekka reformari peramplius cupientes, Slawoborio de Strobiszewicze ibidem in Wyrzeka vendidimus sculteciam pro duodecim marcis Polonici paganici cum tribus mansis et cum tribus ortis, dantes prefato Slawoborio suisque liberis natis ac nascendis legittimis successoribus pratum quod dicitur magnum prout est situm, pistrinum, macellum, sutoriam, tabernam, piscinam ante curiam faciat vicinis aquam non denegando, nisum leporarium, odorinsem (sic), pardices (sic), quisculas, lepores ad prandendum (sic), tertium denarium de qualibet re iudicata, opilionem proprium ovibus cum trecentis solucione vicina exclusa habeat. Hec omnia prefato Slawoborio suisque successoribus vendidimus liberaliter, dedimus perpetualiter et donamus irrevocabiliter tenendum, habendum, si opus fuit, vendendum, commutandum et ad usus placitos convertendum, adiungentes quod predictam hereditatem iure novifori locabit. Incolis dicte hereditatis in terra culta et non culta omnimodam solucionibus et exactionibus qualitercunque vocentur

ad

ad quatuor annos damus libertatem et ~~devotantate~~ devoluta libertate de quolibet manso dicti incole quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis, quatuor avene singulis annis nobis et nostris successoribus solvent cum fertone grossorum pro decima. In Nativitate Domini pernam unam pro fertone grossorum, in festo Pasce medium capете ovorum de quolibet manso, in Nativitate beate Marie virginis de quolibet manso duos pullos. Duo prandia iudicionalia kmetones nobis dent, tertium vero scultetus, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum. Eciam ipse scultetus in equo duas marcas valente solum in graniciis nostris, in legacionibus servire debet. Ipse nominatus scultetus in serviciis nostris ubicunque damnum perciperet omni servicio sit solutus, donec sibi persolvemus.
In huius rei testimonium et evidenciam pleniorem nostrum sigillum una cum sigillo dominorum et fratrum cenobii nostri presentibus est appensum. Datum et actum Lubyn, sexto Idus ~~Junii~~ Junii sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo per formam Swantomiri publici notarii, presentibus his testibus, videlicet Cewlegio de Byeliewo, Jacussio de Blo-czyszowo, Bartholomeo de Zabloczie, Petro de Malpino, et aliis quam pluribus fidedignis.

Fr. Johannes abbas etc. monasterii Lubinens. 1358 Jun. 23, Lubin;

In nomine Domini amen. Quoniam sepius a memoria recedit hominum quod scripto vel bono testimonio non confirmatur, noverint igitur universi presentes et posteri presentem litteram inspecturi, quod nos frater Johannes, divina miseracione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis ad honorem et prosperitatem nostram et successorum nostrorum credentes pertinere, innovamus et presentibus confirmamus Paulo cum suis fratribus et eorum legittimis successoribus natis ac nascendis sculteciam in hereditate nostra Sczodrochowo dicta, quam quondam predecessor eorum nomine Jach comparavit pro sua certa peccunia et parata cum tribus videlicet mansis et duobus ortis, adicientes eis tabernam, pistrinum, macellum carnium, unam bancam panis, sutoriam, fabrum, de iudicio tercium denarium, venacionem minorem, agitare leporem, aves capere, cwasones et pardices. Hec omnia predicti et eorum posteri libere perpetuo optinebunt. Incole ville predicte nobis et successoribus nostris singulis annis censum dare tenebuntur de quolibet manso decem mensuras triplicis annone, tres mensuras tritici, tres avene, quatuor siliginis et fertonem grossorum decimando; prefati vero villani nobis et successoribus nostris ter in anno arabunt, honorare nos eciam debebunt supradicti villani singulis annis de quolibet manso quindecim ova et de duobus mansis scapulam lardi in Nativitate beate Virginis per duos pullos

de qualibet curia, in Nativitate vero Domini latus carnium pro quatuor scotis. Concessimus eciam ville nominate in insula nostra Obra humulum capere propter quod nobis quilibet eorum mensuram humuli singulis annis dare tenebuntur(sic). Prenominati vero scultetus et eorum posteritas nobis servient in equo valente dimidiam alteram marcam. Tria generalia iudicia ibidem celebranda sunt in quibus nobis kmetones duo prandia dare debent et tercium scultetus, vel pro quolibet prandio singulis annis octo grossos persolvent. Excepimus nihilominus pro dominio nostro molendinum cum piscina et duos mansos meliores necnon et pratum quod nobis melius videbitur esse in predicta hereditate, quocirca dedimus prefatis sculteto (sic) molendinum construere, si in aliquo fieri posset in sepius dicta hereditate ita tamen quod nostro molendino non sit in aliquo nocumento. Ut autem hec confirmacio nostra et innovacio perpetuo inviolabiliter permanere(sic), presentem litteram nostro sigillo et sigillo Capituli dominorum et fratrum nostrorum ~~ceno~~ cenobii supradicti duximus roborandam. Datum et actum Lubin in vigilia beati Johannis Baptiste Domini anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, presentibus his testibus: Johanne herede de Dambicze, Petro plebano de Lubyn, Slawoborio herede de Strzeszepowicze, Johanne sculteto de Lubyn et aliis plurimis fidedignis.

1358.

In nomine Domini amen. Quia sepius recedit a memoria hominum, quod scripto vel bono testimonio non confirmatur, nouerint igitur vniuersi tam presentes quam futuri, presentem literam inspecturi et audituri, quod nos frater Iohannes diuina miseracione abbas cum conuentu fratrum nostrorum monasterij Lubinensis ad honorem et prosperitatem nostram ac successorum nostrorum credentes pertinere, innouamus et presentibus confirmamus Paulo cum suis fratribus et eorum legittimis successoribus natis et nascendis scultheciam in hereditate nostra dicta Sczodrochowo, quam eius pater eorum nomine Iach comparauerat pro sua certa pecunia et parata, cum tribus videlicet mansis et duobus ortis, addentes ipsis tabernam, pistrinum, macellum carnium, vnam bancam panis, sutoriam, fabrum, de iudicio tercium denarium, venacionem minorem, agitare lepores, aues capere: swasones et perdices. Dedimus eciam dicto sculteto et suis fratribus ac eorum legittimis successoribus tricentas oues seruare et pascere eas libere preter gregem ville. Contulimus eciam ipsi sculteto et fratribus descriptis pratum, quod iacet inter fluuium Obra et agros eorum, quod wlestze nuncupatur, cum insula ibidem in Obra fluuio iacente. Ipse vero scultetus et sua posteritas nobis et successoribus nostris seruient in equo valente alteram dimidiam marcam latorum grossorum. Hec omnia predicti et eorum posteri libere et perpetue obtine-

bunt. Incole vero ville predicte nobis et nostris successoribus singulis annis censum dare tenebuntur de quolibet anno novem mensuras triplicis frumenti: tres tritici, tres silliginis et tres auene et unam mensuram humuli de quolibet manso et personem grossorum decimare tenebuntur. Predicti vero villani nobis et successoribus nostris tres in anno arabunt; honorare eciam nos debebunt dicti villani singulis annis de quolibet manso quindecim oua et de duobus mansis scapulam lardi; in Natiuitate vero beate Marie virginis nobis dabunt per duos pullos de qualibet curia et in Natiuitate domini lutus vel parnam carnium pro quatuor scotis valentem. Contulimus eciam ville nominate in silua nostra in Obra humulum capere, cuius racione dabunt, ut supra scriptum est, nobis et nostris successoribus de qualibet curia mensuram humuli. Tria generalia iudicia ibidem sunt celebranda, in quibus nobis Incolones duo prandia parare debebunt et tercium scultetus vel pro quolibet prandio singulis temporibus octo grossos exsoluant. Excepimus nichilominus pro dominio nostro molendinum cum piscina et duos mansos meliores, necnon et pratum, quod nobis melius videbitur esse in dicta hereditate. Eciam dedimus prefato sculteto molendinum construere, si vbi fieri potest in iamdicta hereditate, ita tamen, quod nostro molendino non sit in aliquo nocumentum. Vt autem hec confirmacio nostra et innouacio perpetue et inuiolabiliter permaneret, presentem literam nostro sigillo et nostri capituli fratrum nostrorum iussimus roborari. Datum in Lubin in vigilia sancti Iohannis baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo. Presentibus hijs testibus:

x/ Johanne herede de Dambicze, Petro plebano in Lubin, Styborio herede de Strobyesicze, Johanne sculteto de Lubin et alijs fidedignis.

Z potwierdzenia Stefana opata lubińskiego z r. 1444, przechowanego w archiwum rządowem w Poznaniu (Lubin N. 37).

~~[illegible]~~ 1364.

Nouerint vniuersi, noticiam presencium habituri, quod nos Vtka relicta Iohannis quondam de Rgučowo, in remedium anime nostre vendidimus dimidiam hereditatem Wyschitno nuncupatam, iure dotalicio ad nos deuolutam, domino Io- hanni (abbati) in Byssowia conuentuique suo pro CLXIII marcis grossorum et LX nummis iure hereditario perpetue pos- sidendam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.[1]

Liber privilegiorum monasterii de [illegible], str. 415.
(Archivum [illegible] w [illegible]).

[1] Działo się to w [illegible] [illegible] apostoli MCCCLXIV.

1504.

[illegible] [illegible]ngius succamerarius Cracoviensis necnon capitaneus Bidgostiensis protestamur in hijs scriptis, quod nobilis domina Sudca de Ruchowo in die sancti Iacobi apostoli in Vladislavia, in domo Alberti pellificis, civis eiusdem civitatis, coram Laurencio notario nostro, Nicolao de [illegible]olec advocato; Krzywosandone de Neczyczewo, Andrea de [illegible]ambow, eciam Alberto pellifice iam nominato, publica ac viva voce est protestata seu fassa, quod ipsi per dominum Iohannem abbatem de Bissovia pro hereditate Wisbitno centum sexaginta (tres) marce grossorum LX oves plenarie ac totaliter sunt persolute. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Bydgoszcz anno domini millesimo [illegible] sexagesimo quarto, in crastino Iacobi apostoli beati.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 412 (Archiwum Rządowe w Poznaniu).

Andreas abbas etc. totusque conventus monasterii Mogilnensis 1367

Posnan: Königl. Staatsarchiv D Ms. 15, fol. 14.

Unio Primitiva Monasterij Mogilnensis am Monasterio Lubinensis. Anno 1368 Die.

Honorabilibus Viris spectabilibusque Amicis, Religiosissimis Venerabilibus in Christo, Patri Domino domino Joanni miseratione Divina Abbati, Bartholomeo Priori, totique Conventui ordinis S. Benedicti, Ecclesiae Santae Mariae in Lubin. — Andreas eadem Miseratione Abbas, Mathias Prior, totusque Conventus Monasterij Mogilnensis, ueram in Domino charitatem, cum Orationibus indeffessis, cum Omni Affectione Animi Religiosa proborum Virorum sit Societas appetenda Psalmista attestante, qui dicit, ecce quam bonum etc. Cum etiam ex duplici Confirmatione cujuslibet Rei Conditio firmior, Beata familiaritas: Dudum in Vos et Nos habitam sub alternam dilectionem cupimus renouare, ac mutua ac inseperabili haritatis constantia ampliare. Unde cum Vestrae Beneuolentiae super Beneficijs Nobis ac Nostris Confratribus sepius inpensis, nequeamus aliter respondere Vobis et Vestris Confratribus, tam Praesentibus, quam fu-

turis,

turis, plenam in Nostro Monasterio in= ciro
refectorio, dormitorio, ceterisque locis fra
ternitatem conferimus hijs inscriptis, tanquam
Nostris Confratribus, qui in Nostro Monasterio
ab infantia sunt nutriti; cum etiam bonorum
Operum, quae in Nostra nunc Ecclesia, et in
perpetuum sint participes, statuendo. Rogantes
humiliter, ut Communionem Nostri maxime
Consortij non despiciatis, sed dictam frater-
nitatem propter Dominum placite acceptetis.
Dum vero aliquem fratrem Conventusque praefati
Viam universe Carnis contigerit ingredi, ex
tunc Nos, et Vos pro ipsius Anima Tricena-
riam simul cum Vigiliis tenebimur sup-
lere. Ne autem hujusmodi Fraternitas con-
trario tempore dilabente oblivionis rubigine
dissolvatur, praesentem Vobis direximus Cartulam
Sigillorum Nostrorum munimine roboratam. Datum
in Monasterio Mogilnensi Decimo quarto Kale-
nas Junij. Sub A[o] Nativitatis Domini Millessimo
Trecentesimo sexagesimo Septimo.

Copert Blatt bei Appendix Copie fol. 14. No. 15

Jaroslaus archiepus. Gnezn. [illegible]

Noverint quibus expedit universi quod nos Jaroslaus divina providencia s. Gneznens. ecclesie archiepus. fundata ecclesia nove plantacionis in Clodno nostre diocesis prope Opoczno ad honorem Dei omnipotentis eiusque matris s. Marie virginis [illegible] et presertim ob merita ~~et~~ ac beneplacita honorabilis viri domini Nicolai decani ecclesie Wislicens. fundatoris et patroni ecclesie eiusdem nobis multipliciter impensa pro sustentacione et victu rectorum ipsius ecclesie qui pro tempore fuerint ut eo melius quo commodius facultate temporali supportati predicte ecclesie valeant famulari sub ratihabicione fratrum nostrorum Gneznens. videlicet Capituli decimas mense nostre infrascriptas sitas in districtu Radomiensi videlicet ipsarum Clodno Brudzowo et Buczowicz prope Opoczno memorate ecclesie in Clodno perpetuis temporibus damus atribuimus et [illegible]

incorporamus. Preterea cupientes ut laus Dominica in ecclesia eadem ampliëtur villas inferius annotatas nomine parochie ipsi ecclesie in Clodno videlicet ipsum Clodno Jabloniczа Pyskow et Oszenow attribuimus assignamus et decernimus ut eorumve incole villarum supradictarum non alias quam in sua ecclesia parochiali divina audiant et ecclesiastica recipiant sacramenta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum et nostri Capituli presentibus est appensum. Datum et actum Loviczi XIII die m. Aprilis sub anno Dni. M.CCC.LX.IX presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Nicolao canonico Gneznensi ac Lanc. preposito Cuiaviensi Iohanne cantore et Nicolao archidiacono Lanciciensi Mathia Lingwaris et Paulo procuratore Loviciensi et aliis pluribus fidedignis, scriptum per manum Carandi Szotune curie nostre notarii.

Gniezno. Arch. Consistor. archiepisc. — ~~Act~~ Acta. 1418.

Nicolaus preposit. eccle. Gneznens. 1370 Apr. 24, Gnezne;

Gniezno. Arch. Cap. Metropol. Liber privil. ab a. 1459 I, pag. 39.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam divinum magis esse noscitur quam humanum, proinde nos Nicolaus prepositus ecclesie Gneznensis notum esse volumus tam presentibus quam futuris notitiam presentium habituris quod villas Capituli eiusdem ecclesie Gneznensis dictas wlgariter Korithkowo in Polonie et Oldrzichowo in Cuyavye terris situatas in ius Theutunicum exposuimus quod Sredense dicitur in wlgari vendidis scultetiam in eisdem providis viris Laurencio dicto Liszarz et filio suo Petro et filyo Pauli quondam filii sui et ipsorum legitimis successoribus pro certa pecunie quantitate dantes et perpetuo ascribentes predictis scultetis et eorum legitime posteritati nostre prefate scultecie in Corithkowo dimidium alterum mansum in Oldrzichowo vero etiam alterum dimidium mansum et pratum circa limites ville militalis dicte Glogowyecz situatum sex currus feni in se continens terciam partem tabernarum ortorum pistorum fabrorum iuramentorum et cuiuslibet iudicati habenda donanda vendenda sub ratihabicione fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli etiam perpetuis temporibus ascribentes et incorporantes libere possidenda. Preterea dictis scultetis et eorum successoribus legitimis

in tam

in lacu dictarum villarum diebus ieiunis cum slampnycza et aliis parvis retibus licitum sit piscaturam exercere. Etiam prefati sculteti ferlonem usualis monete et eorum successores legitimi domino villarum predictarum pro prandio quod obedne dicitur singulis annis perpetuo solvere teneantur, servicia more aliorum scultetorum villarum Capituli Sredicli exhibendo. Insuper Kmethones villarum iam dictarum de quolibet manso ferlonem grossorum pragensium singulis annis temporibus perpetuis in festo beati Martini confessoris Domino earundem villarum solvere et decimam manipularem in campis dare sint astricti. Et quoniam iura Sredensia prorsus nobis sunt incognita omnia iura que ~~dominis~~ comodum et utilitatem respiciunt dominorum salva et integra dominis villarum predictarum qui pro tempore fuerint reservamus. In cuius rei testimonium nostrum et dicti Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne vicesima quarta die mensis Aprilis anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Janussio cantore Wirzbantha custode Nicolao cancellario Johanne Phalonis Swethomiro preposito Clemente archidiacono Calischiensi Thoma ecclesie rectore de Trzcela canonicis Gneznensibus et aliis pluribus fidedignis.

1372.

In Christi nomine amen. Noverint universi, tam presentes, quam futuri, quorum nosse oportunum fuerit, quod nos Sandziwogius heres de Szubin capitaneus Gneucoviensis presentibus recognoscimus, quod cum fratre Iohanne, abbate de Bissovia et cum toto capitulo eiusdem claustri, ordinis Cisterciensis, concordacionem fecimus pro decima in villa nostra Dambowo vulgariter nuncupata, que decima spectabat ad claustrum predictum Bissovie. que villa in se continet octuaginta mansos. de quibus nos et nostri legittimi successores XII mansos pro aratro nostro, videlicet quatuor, [illegible] duos absque decima observavimus. de residuis vero LXVIII mansis cmetones in predicta villa residentes, de quolibet manso locato ad festum beati Martini confessoris et episcopi dicto domino abbati et monasterio supradicto tres grossos pro decima ipsorum solvere sunt astricti: hoc eciam apponendo, ut si nos aut nostri legitimi successores predictos duodecim mansos, quos pro aratro nostro recepimus, cmetonibus locabit seu locabunt, extunc dicti mansi solvent [illegible] loquendo, ubicumque nos aut nostri successores de quocumque manso in predicta villa Dambowo censum recipiemus seu recipient, predictus dominus Iohannes abbas cum monasterio sepedicto eciam tres grossos pro decima recipiet. Hec autem predictus dominus abbas cum toto capitulo eiusdem claustri fecerunt causa amicicie nostre et promocionis et tuicionis, quam semper sibi et monasterio sepedicto exhibuimus et adhuc exhibemus et ad tempus vite nostre una cum nostris successoribus et amicis predictum

claustrum Bisoviense premittimus promouere. Ne autem aliquis
nostrorum successorum dictam ordinacionem et perpetuam ~~con~~ con-
firmacionem infringat, presentes scribi iussimus nostro sigillo sub-
appenso. Datum et actum in Bissouia sub anno Domini MCCC-
LXXII, feria quinta infra octauas Epiphanie, presentibus nobi-
libus viris quam plurimis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo str. 134 (Arch.
rządowe w Poznaniu).

Otto Markgraf von Brandenburg 1372. Aug. 19.

p. I m 1675

Wir Otto etc., bekennen, das wir met gutten willen vnd wissen vnd met rate vnses rates die vesten Lute Dobirgasten von der Ost, ritter, gebruder, zu sunderlicher gnaden vnd zu dinste genomen haben vnd nemen met dissem brine also, das wir ym alle schelinge vnd vngunste, die wir, alle vnse Land vnd Lute bis an dise czeit zu ihn getragen haben, gnediklichen obirsehen vnd vorgeben, vnd sullen vnd wollen yen yn, yren dynren vnd helfern, ty durch iren willen uns oder vnse land bynnen der czwidracht in geyne wisz bescheydiget hetten, yn keynen zukommenden cziten vordern oder rechen, an geuerde. Darvmbe sullen sy vns furbas mer dynen, raten vnd helfen, alsz sy vorgethan haben vnd als wir yn besundern der gleuben, sunderlichen met irm Schlosse Driezen offenlichen, wenne vnd wie dicke vns

vnd

vnd vnse Landen desnod wirdet, wieder vnse viende vnd wider alle menlich, nymand vzgenomen, wenne alleyne den durchlachtigen fursten, hern Ludewig, Konig zu Vngern vnd zu polen, syne erben vnd nachkommen, konige von Ungarn, ader synen nachkomen, Konge zu polen, dowider sye vns mit demselben slosse nicht dynen sullen, doch vnschedlich vnserm rechte, daz wir vor mit demselben Konge von polen ader synen nachKomen Kongen zu polen vmme das egenannte sloss vnd vmb ander sachyn vzstende haben, dar an wir vns nichts obir geben in disem briue. Vnd vmme sulchen irme dinste sullen vnd wollen wir sy von stad an wider wisen an ire erblichen gute, die wir yn bynnen diser zweytracht entwoldiget hetten, wo sy vns die redlichen bewisen mogen, an generde. Ouch gelouben wir denselben von der Oste vnd iren rechten erben, ses hundert marck Brandenburgisch suluers, die wir yn an rechter schuld schuldich sind, zu gelden, als

(hir

hir nach gescreben steit, C marck suluers desselben geldes vf wynachten, dy neheste zukommende sindt, darnach vf sinte walpurgen tagk ouch C marck suluers vnd obir darnach vf nehesten wynachten C marck vnd vf sunte walpurgen tagk C vnd aber dornach aller schirst zu den zweien ziten twei hundert marck suluers vd vnse stadt Landesbergk zu beczalende alzo lange, bisz das wir derselben ses hundert marck gentzlich entrichtet haben. Vnd wer, das wir sie des geldes vf dy egenannte czeit nichtes also beczalen, welcherley schaden sie denne daran nemen vnder joden oder vnder cristen, des willen wir sy met den houbt gute allenthalben entledigen vnd entrichten ane geuerde. Wenne ouch vnd wie dicke wir yn das selbe gelt bezallen, so sulle wir es ym zu gute vorbas zu Driesen geleiten vor aller menlich, an geuerde. In cujus presentibus Heinrico de Wedel, commendatore in Lagow, Hassone de Falkeneburg, Ottone Griffen, militibus, Ottone Morner,

(con-

consulibus in Arnswolde et de Woldenberg. Datum Arnswolde, anno domini MCCCLXXII, die decollacionis johannis baptiste.

1368.

Johannes dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, discretis viris de Gosticzyn, de [illegible], de Dambowo, de Santheczno, de Wierzchocin, de Iwanowelno ecclesiarum rectoribus, salutem in Domino. Vobis et vestrum cuilibet sub excommunicacionis pena firmiter committimus et mandamus, quatenus dum, quociens et quando per venerabilem ac religiosum virum, dominum Johannem abbatem de Bissouia vel eius procuratorem pro parte sua fueritis seu fuerit aliquis vestrum monitus et requisitus, omnes et singulos utriusque sexus incolas de villis subscriptis, videlicet de Bralewnica, de [illegible], de [illegible], de [illegible], de [illegible], de [illegible], de Ciszkow, de Dambowo et in opido Samsieczno, scilicet [illegible], Pario et Uscze [illegible], qui census decimales ipsis non solvunt vel solvere contradixerint, monicione quatuordecim dierum premissa, excommunicatos publice et solempniter vestris in ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis et demum extinctis, inter missarum solempnia denunciantes et ab aliis nunciari procuretis, quos et nos presentibus excommunicamus, ac demum satisfaccione premissa predictos incolas ad denunciacionem prefati domini abbatis vel sui procuratoris ab huiusmodi sentenciis relaxetis. Datum in Gnezno octava die mensis Novembris, anno domini M ccc L XVIII.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo str. 135 (Archivum regium w Poznaniu).

1375.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam et ad noticiam vniuersorum tam presencium, quam futurorum, nos Sandziuogius capitaneus Polonie generalis volumus deuenire, quod ad nostram ceterorumque terre militum veniens presenciam religiosus vir dominus Iohannes abbas de Cissouia, ordinis Cisterciensis, videns aliquos defectus prioris et conuentus monasterij supradicti, quibus assidue fuerant perstricti, cupiens ipsorum indigencias et defectus subleuare, memorato priori et conuentui hereditatem suam Wiskitno, ad ipsius abbaciam pertinentem, sitam in districtu Naklensi, nostre procuracionis regni Polonie, dedit, contulit, donauit, adscripsit et coram nobis in perpetuum resignauit tenendam cum eo iure et dominio, quemadmodum ipse dominus abbas tenuit et quod ad ipsum dignoscebatur pertinere. Et quia incole ville predicte Wiskitno quasdam solu-ciones, daciones, donaciones et contribuciones seu labores domino regi, qui esset pro tempore, vel eius vicesgerenti vtputa capitaneo assignare et soluere fuerant consueti; nos itaque reducentes ad memoriam, quomodo dominus Kazimirus recolende memorie rex Polonie, ob remedium anime sue incolas prefate ville ab ipsis solucionibus et contribucionibus voluit facere liberos et solutos, si tam subito morte non fuisset prepeditus: nos itaque cupientes requiem anime memorati regis inuenire, necnon propter longeuam tam magnifici principis, domini Ludouici Dei gracia regis Vngarie, Polonie, Dalmacie etc. regis moderni, vt fratres monasterij prefati Byssouienses cre-

brius cunctipotentem nostrorum omnium pro ipsis deprecaren-
tur, pro commodo et utilitate prioris et conventus memorati
incolas ipsius ville Wisslitno ab omnibus et singulis solu-
cionibus, dacionibus, donacionibus et contribucionibus, tributis,
exaccionibus, angariis et preangariis, serviciis, laboribus regali-
bus, qui nunc sunt ibidem aut esse poterunt quomodolibet in
futurum, quocunque nomine censeantur, facimus liberos et
exemptos perpetue vigore domini regis, supplicantes nostros suc-
cessores, quos in nostrum locum succedere contingat, ut incolas
predicte ville Wisslitno pro aliquibus solucionibus, sicut prius
est expressum, et precipue regalibus, non impediant, propter
dictorum regum remedium et salutem. In quorum omnium testi-
monium et evidenciam pleniorem nostrum sigillum presenti-
bus est appensum. Actum et datum in Czubino feria sexta
ante Nativitate dei sub anno a Nativitate domini millesimo
trecentesimo septuagesimo quarto, presentibus his testibus, do-
minis: Andrea Caminensi, Nicolao Naklensi castellanis,
Thomme dicto Tzdebka, Budcone de Wierzchocino et ceteris
multis rogatis ad premissa.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo
str. 114 (Archiwum rządowe w Poznaniu).

1722

Fr. Sobeslaus ~~abbas~~ abbas monasterii Lubinens. 1375 Jun. 6. Lubin; Nicolao advocato de Krzywin privilegium super advocatiam dict. oppidi renovat.

Perg. or. Na sznurach z nici półjedwabn. pomarańczow. wisi 2 podługowate pieczęcie, 1-sza przedstawia stojącego opata, którego prawica błogosławi a lewa wsparta na pastorale. Pod stopami w środku trójkątny z godłem rodu Wierzbiętów; z napis. .. S. So... Lub.. :

Krzywiń. Dokumenta Kościoła parafjaln. Nr. 1. — Wpisany także w Lib. viridis pag. 138 Biblioteki Seminarium duchown. w Gnieźnie

In Christi nomine ~~Domini~~ amen. Cum temporis transvola facilitas et velocitas ruitur, labitur ac ~~et~~ cassatur, hunc per modum actorum, factorum, datorum vacillat, perit memoria cunctorum, nisi scriptis, sigillatis, veridicis seu publicis firmiter fuerint solidata. Nos igitur frater Sobeslaus divina pro ~~per~~pendente clemencia abbas monasterii Lubinensis, una cum singulis nostris fratribus conventualibus eiusdem monasterii patescere cupimus universorum et cunctorum nocioni presentes literam cartkulamque thematis, noticiam, habiturorum, quod ad nostram veniens presenciam sagax vir necnon honestus, nobis sincere dilectus Nicolaus advocatus de Criwin nobis se humilis ac inclinate offerens lacrimose mestoque corde ipsius privilegium lugiens (sic) temporibus guerrarum et patentum rixarum suffocatum fore et amissum manifestans et publicans. Nos autem de consensu et assensu nostro nostrorumque fratrum conventualium intendentes iusticias magis ac magis laciusque ampliare ipsius cognoscentes iusticiam necnon etiam consideratis et aspectis serviciis ac meritis nobis fideliter et sedule impensis et exhibitis et adhuc exhibituris literam nostram sibi formari decrevimus sequencia in hec verba prout ab ipso seu ipsius testibus publice obauditis percepimus pro re vera hec omnia subnotata sibi suisque heredibus, successoribus et liberis legittime natis ac nascendis plenius restituentes et reddentes duos mansos liberos cum duobus pratis. Mansi sunt magni

iacentes extra civitatem, circa cimiterium, prata vero, unum ~~ac~~ circa molendinum advocati, reliquum circa Krira, et tercio orto, necnon medietatem duarum arearum, unam in civitate, alteram extra civitatem pro allodio medio, reliquam medietatem arearum et allodii nobis desiderantes et volentes optinere. Dantes eciam et restaurantes ipsi suisque sequacibus legittimis unum lacum cum omni dominio servaturo prendendi, piscandi seu pisces capiendi cum singulis huius lacus proventibus, fructibus optinendum. Retribuentes eciam predicto Nicolao et suis posteris unum macellum, quartam partem sutoriarum ~~(sic)~~ et quartam partem pistrinorum, balneum, salis forum, mediam partem ad usum suum convertendum, nobisque aliam presentandum, ipsique eciam ~~per~~ quod decimam trialiter nobis ~~totaliter~~ non solvent auctoritatem conferimus tali iniecta condicione, quod de aliis mansis remanentibus decimam prefatam nobis colligere tenebitur et presentare. Hec omnia commemoratus Nicolaus seu ipsius successores matrimoniales cum media advocacia et medio iudicio in prescripta civitate Crivin ~~Crzyzyn~~ nuncupata, cuius tercium denarium de singulis causis et placitis minimis et magnis nobiscum dividendi conservabit aliosque duos denarios nobis ex integro presentabit. In sepedicta vero civitate Crivin ~~Crzyzyn~~ sepescriptus Nicolaus optinebit hereditarie, perpetue valituraque date ~~prefate~~ donacionis ad usus placitos, convertendos et vertenda secundum quod sibi suisque posteris utilius, fructuosius et conveniencius videbitur expedire, facientes ipsum Nicolaum aut sequaces legittimos ab omnibus serviciis, obsequiis, exaccionibus, solucionibus, collectis et penis communibus, tributis ac contribucionibus specialibus penitus libe-

rum

rum et solutum, ac eciam ab omnibus angariis qui-
buscunque nominibus ad nos pertinere dinoscuntur, ordi-
nariis sive extraordinariis (sic) totaliter sit liber et exem-
ptus. Hec autem ut donacio nostra publica donacionis-
que confirmacio perpetuam firmitatis obtineat
solidamen, presentem litteram nostro nostrique Capituli
sigillorum munimine fecimus roborare (sic). Actum
et datum Lubin in die sancti Vincencii martiris
anno Domini trecentesimo septuagesimo quinto (sic)
per manus Iohannis de Czulcz notario (sic) qui pre-
sencia habuit in commisso, presentibus religiosis
ac honestis dominis Nicolao priore (sic) Lubinensi, domi-
no Nicolao preposito de Antiqua Goslina, domino
Thoma (sic) clavigero (sic) et fratre (sic) Sulislao eiusdem Ordi-
nis famosisque viris Iesconi (sic) de Iesowictic,
Ianussio de Murca, Gromischio de Gelniczowa,
Lenh, de Belowa, domino Hynczkone plebano
de Crivin et aliis quampluribus fidedignis.

45

1376.

In Christi nomine Amen. Nos Sandiuogius Maioris Polonie capitaneus, memorie vniuersorum presencium et futurorum, ad quos presentes peruenerint, presentibus cupimus commendare, quod ad nostram plurimorumque terre nobilium venientes presenciam Johannes de Komirow, Nicolaus de Lipa fratres germani et Bogusius Krasny de Obodow, fratres ipsorum patrueles, non compulsi, non coacti, nec aliquo vicio vel errore circumuenti, sed de ipsorum bona spontaneaque voluntate, salubri deliberacione, vsi consilio specialium amicorum, hereditatem suam Nastana lanka vulgariter nuncupatam, sitam in districtu Naklensi, continentem in se viginti duos mansos, quibus mansis addiderunt duos mansos pro paludibus et dammis in dicta hereditate contentis, cum omni iure et dominio, veluti ipsi soli eandem hereditatem Nastana lanka ex suorum successione seniorum tenuerunt, habuerunt et multis temporibus possederunt, nullam iurisdiccionem pro se reseruantes in eadem, cum omnibus fructibus, redditibus, vtilitatibus, prouentibus, videlicet agris, agriculturis, pratis, pascuis, syluis, nemoribus, solitudinibus, rubetis, quercetis, glandinibus, borris, mellificijs, fluuijs, lacubus, piscinis, ~~obuencionibus~~, et eorum piscaturis, stagnis, riuulis, molendinis et quibusuis obuencionibus, ad iam dictam hereditatem Nastana lanka pertinentibus quocumque nomine appellentur, qui nunc sunt ibidem aut esse poterint quomodolibet in futurum, mediante meliore prouisione, quemadmodum ipsa hereditas antiquitus in longitudine et latitudine ab alijs circumferencialiter est distincta et limi-

tata, religioso viro domino Iohanni miseracione diuina abbati et suo conuentui de Byssouia, ordinis sancti Bernardi Cisterciensis, pro centum sexagenis grossorum hereditarie et imperpetuum vendiderunt et coram nobis secundum terre consuetudines et statuta resignauerunt tenendam, habendam, possidendam, vendendam, commutandam, donandam et alio quouismodo alienandam, necnon pro sua voluntate conuertendam, quemadmodum memorato abbati et suo conuentui melius et utilius competere videbitur ac eciam expedire, ipsique dicti fratres Iohannes et Boguslaus spoponderunt sine omni dolo et qualibet fraude ipsum dominum abbatem et suum conuentum a quolibet homine, si per aliquem pro ipsa hereditate Nathana lauka fuerint impediti, infra trium annorum reuolucionem intercedere et exbrigare, cum hoc fecerint magis propter remedium et solamentum animarum suarum et suorum predecessorum. Harum quibus sigillum nostrum presentibus appensum est testimonio literarum. Datum et actum in Pisser feria sexta proxima ante diem sancti Michaelis archangeli, sub anno a Natiuitate Domini M CCC LXX sexto. Presentibus hys dominis: Suentoslao subcamerario, Stephano subdapifero Posnaniensibus, Nicolao Comlik vexillifero Gneucouiensi, Arnoldo de Waldow, domino Stephano plebano in Kcinia, Nicolao plebano in Chodrze, et ceteris multis testibus ad premissa vocatis specialiter ac rogatis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 419 ([illegible]

1380.

